

Kc
3008



Vol. 24.



4

Q. D. T. O. M. B. V.
REPETITIONUM COLLEGII
AD INSTIT. JUR. IMPERIAL.
DISPUTATIO QUINTA
DE
MODIS ADQVIREN-
DI JURIS CIVILIS,
Ex Tit. VI. VII. VIII. & IX. Lib. II. Inst. J.
THESES XXX. Exhibens,
QVAM
AUCTORITATE AC PERMISSU
MAGNIFICI ICTORUM ORDINIS
IN ILLUSTRIHAC UNIVERSITATE VIADRINA,
MODERATORE,
DN. MARCO RHODIO, J.U.D.
COD. JUSTIN. PROFESS. PUBL. ORDIN.
DOMINO PATRONO ac PROMOTORE SUO
ÆTATEM DEVENERANDO
Ad Diem IX. Octobr. Anni M. DC. LXXXIV.
Publico Eruditorum Examine submittit
JOHANNES Mosfeldt / Hamm. Marcan.
AUT. & RESP.
H. L. Q. C.

Francofurti ad Oderam, Typis JOH. COEPSELII, Acad. Typ.

Q. E. T. O. M. R. V.
REPETITIONUM COLLEGI
AD INSTIT. JUR. IMPERIAL.
DISPUTATIO QUINTA
DE
MODIS ADQUIRENDI
DI LITIS CIVILIS.
EXTRA. VI. VII. VIII. & IX. LIB. II. CAP. 3.
THESIS XX. Exhibens
AUCTORITATE AC PERMISSU
MAGNIFICI POTERUM ORDINIS
IN ILLUSTRISSIMO UNIVERSITATE VINDOB.
MODERATORE
DE MARCO RHODIO. I. U. D.
COD. JUR. IN FROESS. PUBL. ORDIN.
DOMINO MARCO & PROMOTORE SUO
A. T. A. R. S. P.
H. L. C.
H. L. C. O. B. E. R. G. H. I. U. M. T. Y. P. I. S. J. O. H. C. O. R. T. I. U. M. A. C. T. I. P.





I. N. D. N. J. C

De Modis Acquirendi Juris Civilis.
DISPUTATIO QUINTA,
INGRESSUS.

Modi acquirendi, juris Civilis qui dicuntur, plures olim, quam *usucapio* sive *prescriptio*, & *Donatio* quin fuerint, nemini dubium. Sed duos illos solis deberi Quiritibus, qui inficias ire contendunt, non sine rationibus contendunt. Æquè enim, ac modi acquirendi, quos dicis juris gentium, gentibus non tantum Romæ vicinis, sed imò longè diffitis, & toto quasi orbe divisis, præscriptionis & liberalitatis excercendæ jura innotuere. Quippe jam antiquissimo tempore Jephthæ in promptu fuit, ad antiquissimi temporis possessionem, unde usucapionis & præscriptionis facultas competit, provocare. Nec quicquam magis naturale; quam hominem homini benefacere, cum & vetustas nihil aliud Deum existimaverit esse, quam *Mortalibus prodesse*. Quis & credat inde, apud Indos Sinas aut Japones nullum liberalitatis exercitium, nullum donationis usum esse? Interim illi modi acquirendi à Justiniano, Imperatore Sacratissimo, & verissimè quidem, considerati, ac propositi in primis sunt, quatenus informati à Jure Civili, omni ferè sui parte. Quod rationi utique sufficere visum, ad asserendum Juri Civili eos, de quibus *Tit. 6. & 7.*, & materiâ valdè affini, *seqq. tit. 8. & 9.* expositis, hæc disputatio collegii nostri Quinta, potissima momenta, jam

jam profequitur; Opellam meam, fortunæ & ordinis
judicio exigente, ei adhibitam, divinæ benedictioni,
humillimis precibus, & B. Lectoris favori, quâ par
est, animi contentione, de meliore commendo.

THESIS I.

Usucapionis vocabulum in LL. vel sumitur
latè, vel strictè. Latè sumptum, compre-
hendit præscriptionem rerum immobilium &
usucapionem rerum mobilium (a); strictè sum-
ptum, tantùm membrum posterius, Latè sic
sumpta usucapio rectè definitur, in L. 3. ff. de usu-
cap., *acquisitio seu adjectio domini per continuatio-
nem possessionis temporis lege definiti* (b.)

(a) L. 37. & 38. ff. b. t. & tot. tit. eod. Schneid. ad Inst.
n. 4. de usucap. Struv. Synt. jur. Civ. Exerc. 43. tb. 5. (b) Hahn.
& Wesf. n. 3 de usucap. Struv. tb. 4. all. loc. Will. Disp. 20. vol. 2.
tb. 1. Zœl. n. 3. ff. de usucap.

II.

Modus hic acqvirendi, est Juris Civilis, (a.)
eoque jure propter bonum publicum introdu-
ctus, (b.) quod consistit in eo, ne dominia rerum
diu vel semper sint in incerto, (c.) & ut litium
aliquis sit finis. (d.) Non tamen inde inferen-
dum, quòd naturali æquitati adversetur, cum
potiùs naturalis ratio eum dictaverit, (e.) & juri
Divino maxime conveniat. (f.)

(a) Pr. Inst. b. t. Zœl. ad ff. pr. de usucap. Grot. de J. B. &
P. L. 2. c. 4. n. 1. Struv. Ex. 43. tb. 1. Wesenb. in parat. n. 9. b. t.
Bachov. ad Treutl. vol. 2. Disp. 22. tb. 7. lit. A. (b.) L. 1. ff. de
usucap. (c.) all. L. 1. de usucap. (d.) L. 5. ff. pro suo (e.) C. 86.

de R. J. in 6to L. 28. ff. de V. S. Magnif. Dn. Stryck. in not. ad Inst. ad §. 1. de usucap. Grot. de J. B. & P. c. 4. l. 2. Hahn. ad Wesf. n. 9. de usucap. Zoel. n. 4. eod. Will. tb. 2. eod. Treutl. Diss. 22. vol. 2. tb. 7. lit. A. DISS. Bachov. ad Treutl. all. loc. & ad pr. Inst. n. 2. h. t. NON OBST. c. 48. de R. J. in 6to. L. 14. ff. de Cond. indeb. Novell. 9. Valqv. quest. lib. 2. c. 51. n. 28. Amel. in Cas. consc. L. 5. c. 41. (f.) Levit. 25. v. 29 & seqq. Deut. 15. v. 1. & seqq. judic. 11. v. 26. Hahn. all. n. 9.

III.

Ut res aliqua legitimè usucapiatur his seqq. versic. contenta requiruntur, Sec. Schneid. n. 13. h. t.

Non usucapies, nisi sint tibi talia quinque (a.)
Justa fides, (b.) justus titulus, (c.) res non vi-
tiosa, (d.)

Ut res tradatur, (e.) tempus quoque conti-
nuetur. (f.)

(a.) Hahn. ad Wesf. n. 11. h. t. Will. ad ff. tb. 4. h. t. Zoel. n. 53. 54. & seqq. ad ff. de usucap. (b.) pr. Inst. h. t. l. Ulic. C. de usucap. transf. (c.) all. pr. & L. 4. C. de præscr. long. temp. (d.) L. 9. ff. de usuc (e.) L. 20. C. de pact. (f.) §. 7. j. h. t. L. 3. de usucap.

IV.

Bona fides *jure Civili* ab initio, hoc est, tem-
pore traditionis, tantùm requiritur, ita ut super-
veniens mala fides usucapionem non impediat,
(a.) Excipe Emptionem & venditionem, in qua
& tempore contractûs, & traditionis, necessaria.
(b.) Jus Canonicum, quod hoc in casu à jure
Civili discrepat, omni tempore ad completam
usque usucapionem, bonam fidem requirit. (c.)
Finita tamen præscriptione, neque, hoc neque Ci-
vili

vili jure mala fides impedit, quin bonâ consci-
entiâ, quis rem jam usucaptam retinere possit. (d.)
Praxis hîc sequitur jus Canonicum, salutî ani-
marum hac in parte magis, quàm jus Civile
consulens. (e.)

(a.) L. 2. pr. pro Empt. L. 3. pro soluto. §. 7. Inst. h. t. l. 48.
§. 1. de A. R. D. Zœl. n. 55. ff. h. t. Wiff. th. 5. ff. h. t. Struv. th.
13. eod. NON OBST. L. pen. ff. pro suo DISS. Hugo de Roy de eo,
quod justum est L. 3. t. 7. p. 260. (b.) all. L. 2. pr. §. l. 3. L. 48. ff. de
usucap. Schneid. ad Inst. n. 16. h. t. Bachovius ad Treutl. vol. 2.
D. 22. th. 6. l. A. Wel. n. 4. pro soluto. Wiff. th. 14. all. loc. NON
OBST. l. 10. pr. de usucap. l. 7. §. 4. pro Empt. (c.) c. 2. de R. J. in 6to.
c. fin. X. de prescr. Magnif. Dn. Holterm. in diff. jur. Civil. &
Can. th. 55. Zœl. n. 55. ad ff. h. t. Wiff. th. 5. eod. Struv. th.
13. eod. DISS. Gloss. in c. ult. de prescript. (d.) c. fin. X. de prescr.
L. 11. ff. de acqu. poss. Grot. L. 2. c. 4. n. 6. all. loc. Hahn. n. 11.
all. loc. Zœl. n. 60. & Struv. th. 42. eod. DISS. Dn. Holterm.
all. th. 55. in fin. (e.) Magnif. Dn. Stryk, ad pr. Inst. h. t. Gail. 2.
Q. 18. n. 10. Myns. 4. obs. 6. n. 2.

V.

Errantem in jure usucapere non posse, indu-
bitati juris est: (a.) Sed quid de dubitante, sit ne
res sua, quam possidet, lentiendum? & puto eum
usucapere posse; imo etiam non posse. (b.)

(a.) L. 31. pr. l. 32. §. 1. h. t. §. 6. j. eod. Bachov. ad Inst. §. 3.
n. 1. in fin. h. t. Fachin. 8. Contr. 28. NON OBST. §. 2. v. Item si is
Inst. h. t. l. 25. §. 6. ff. de petit. hered. (b.) L. 11. C. de Cond. indeb.
L. fin. §. 2. C. de furt. L. 32. §. 1. h. t. arg. L. 50. §. 109. de R. I. Ma-
gnif. Dn. Stryk, ad pr. Inst. h. t. Fachin. 1. Contr. 65. Struv. th.
12. ad ff. h. t. Zœl. n. 59. & Wiff. th. 6. eod. DISS. Domin.
Soto de J. & jur. lib. 4. art. 4. quæst. 4.

VI.

Ad justum & legibus approbatum titulum,
non

non tantum onerosum & verum, sed & lucrati-
vum (a.) & putativum, (b.) sive erroneum refe-
rendum putamus.

(a.) Rubr. ff. pro don. & pro leg. c. si diligenter. X. de praescr.
ante fin. pr. Inst. h. t. Zoesl. n. 1. ff. pro donato. (b.) l. 3. ff. pro suo
l. 3. pro soluto L. 11. pro Empt. Schneid. ad Inst. n. 37. h. t. Hahn.
ad Wesf. n. 11. ff. h. t. NON OBST. §. 6. Inst. h. t. l. 32. §. 1. ff. eod.

VII.

Præscriptio longissimi temporis i. e. 30. vel
40. annorum jure Codicis introducta (a.) non re-
quirit bonam fidem neque justum titulum, (b.)
uti nec jure Canonico in præscriptione 40. anno-
rum contra Ecclesiam justus requiritur titulus, (c.)
Spatium enim tanti temporis habetur loco tituli
legitimè constituti.

(a.) t. t. C. de praescr. 30. vel 40. annor. Struv. th. 5. h. t.
Hahn. ad Wesf. n. 7. eod. (b.) L. 3. 4. 7. & 8. §. 1. C. de praescr. 30.
ann. Schneid. n. 42. ad Inst. h. t. Magnif. Dn. Holterm in diff.
jur. Civ. & Can. th. 56. (c.) c. 8. c. 4. & ult. X. de praescr. Schneid.
n. 48. all. loc. Dn. Brunnem. de jur. Ecclesiast. L. 2. c. 11. §. 3. NON
OBST. c. si diligenter. X. de praescription. c. 1. de praescript. in 6to &
c. ad decimas 2. de restit. spoliat. in 6to.

VIII.

Præscribi possunt tam res corporales, quam
incorporales: in præscriptione autem rerum in-
corporalium justus titulus non requiritur, (a.)
sed sufficit ibi scientia & patientia adversarii.

(a.) L. 10. pr. si serv. vindic. l. 1. §. ult. de aqu. plu. arcend.
L. ult. ff. de servit. l. 1. C. eod. Vinn. in Comm. ad Inst. §. 4. n. 4.
h. t. & Select. quest. 31. L. 1. Struv. Exerc. 13. th. 39. & Ex. 43.
th. 8.

h. 8. Fachin. 13. controu. 83. NON OBST. l. 2. C. de servit. l. fin. C. de prescr. Long. tempor. l. 1. §. 6. l. fin. §. fin. de itin. act. privat. DISS. Zoel. n. 13. ad ff. de usucap. Scotan. Diss. 26. tb. 7.

IX.

Jure Civili longis. temporis præscriptione, fur, rem furtivam, & violentus inuasor, rem sic vi possessam præscribere potest; tanto enim tempore vitiū illud purgatur & actio furti quoq; tollitur. (a.) Jure Canonico contrarium obtinet; Illud enim rem furtivam à fure nullo unquam tempore propter malam fidem præscribi patitur. Quod ita etiam in praxi in foro Civili observatur. (b.) Hac occasione quæstio est, an statutum introduci possit, ut præscriptio cum mala fide procedat? Et affirmativam sententiam veriorum putamus; modò non habeat expressam malæ fidei mentionem. (c.)

(a.) *L. 1. §. 1. C. de annal. Except. L. 3. 4. & 7. Cod. de prescr. 30. vel 40. ann. Hahn. ad Wesf. n. 7. b. t. Dn. Holterm. tb. 56. all. tract. Zoel. n. 30. ad ff. b. t. Struv. tb. 22 eod. (b.) C. fin. X. de prescr. c. 2. de R. I. in 6to. Dn. Brunnem. ad c. 2. de R. I. in 6to. Schneid. de specieb. prescr. n. 12. Wissenb. ad ff. tb. 5. b. t. Zoel. n. 56. eod. Myns. Lib 4. obs. 6. n. 5. Gail 2. obs. 18. n. 6. Dn. Holt. all. tb. 56. DISS. Hahn. ad Wesf. n. 11. b. t. (c.) Rittershus. in divorce. jur. Civ. & Can. l. 4. cap. 13. in fin. DISS. Gail. 2. obs. 18. n. 6. Dn. Holterm. all. tb. 56. in fin.*

X.

Tam res Ecclesiæ, quàm privatorum mobiles triennii usucapione acquiri, de jure Civili nullum est dubium; (a.) & licet quidam de jure Cano-



Canonico contrarium sentiant, affirmativam tamen sententiam, tanquam rationibus & legibus magis convenientem, amplectimur (b). Res verò Ecclesiæ immobiles, tam corporales quàm incorporales, non minori, quàm 40 annorū spatio, tam de jure Civili (c.) quàm Canonico (d.) præscribuntur; quod & locum habet, etiamsi Ecclesia contra Ecclesiam præscribat (e).

(a.) Pr. Inst. h. t. auth. quas auct. C. de Sacrosanct. Eccles. Schneid. de specieb. præscr. n. 1. (b.) C. 16. quæst. 3. XVI. Brunn. de jur. Eccles. L. 2. c. 11. §. 1. Struv. th. 19. b. t. (c.) Nov. 131. c. 6. auth. C. Sup. all. Zoes. ad ff. n. 51. b. t. Schneid. all. loc. n. 18. & seqq. NON OBST. Nov. 9. (d.) c. 8. X. de præscr. c. 4. & 6. eod. Hahn. ad Wes. n. 7. b. t. Dn. Brunnem. all. loc. §. 2. Struv. th. 19. b. t. NON OBST. c. 17. & 16. quæst. 3. DISS. quodammodo Fachin. 8. contr. 103. (e.) c. 4. & 8. X. de præscr. Schneidew. n. 24. & 58. Hahn. & Brunnem. all. loc.

XI.

Res domini, quam quis per 30. annos tanquam feudalem possedit, ejusq; nomine, quantumvis non investitus (a.) servitia domino præstitit, longissimi temporis præscriptione defendi potest, ut efficiatur feudalis (b). Sicuti etiam per eandem præscriptionem res feudalis efficitur allodialis (c).

(a.) 2. Feud. 26. §. si quis. Magnif. Dn. Stryk. Exam. jur. Feud. cap. 11. quæst. 14. Myns. 4. obs. 29. Hahn. n. 7. ad Wes. de usucap. (b.) all. 2. Feud. 26. §. si quis. Magnif. Dn. Stryk. all. loc. Hahn. & Myns. all. loc. Schneid. de spec. præscr. n. 15. (c.) Dn. Stryk. quæst. 20. all. loc. Struv. in Synt. jur. Feud. c. 15. th. 3. n. 4. Myns. 4. obs. 28.

B

XII.

XII.

Res, quæ traditur, aut à verò Domino aut à non domino traditur: à priori tradita usucapionem nullam desiderat (a), cùm ea tantùm locum habeat in re à non domino tradita (b), non tantùm per traditionem veram seu corporalem, sed & fictam, leu modos, per quos possessio transferatur absq; corporali traditione (c)

(a.) L. 3. §. 5. de acquir. vel amitt. poss. Anton. Matth. in Coll. fund. jur. Diss. 26. th. 29. DISS. Hotom. in pr. Inst. de usucap. (b.) pr. Inst. de usucap. Struv. Exerc. 43. th. 7. (c.) §. 44. de Rer. divis. L. 43. de jur. Dot. L. 77. de R. V. L. 18. §. 2. de A. vel A. poss. Struv. Exerc. 41. th. 57. Schneid. ad Inst. n. 47. b. t.

XIII.

Per Continuationem possessionis non tantùm intellige eam, quæ penes unum & eundem semper est: sed & eam, quam unus ab alio legitimè acquisivit, tam ut successor singularis, qualis est Emptor (a), & donatarius (b), quam ut successor universalis, qualis est heres & bonorum possessor (c).

(a.) §. 8. Inst. h. t. L. 14. de acquir. vel amitt. poss. Bachov. ad Inst. §. 7. n. 3. b. t. Wesenb. in paratitl. n. 12. b. t. (b.) L. 5. pr. ff. de div. & temp. præscr. L. 13. §. sed & Legatario. & §. pen. de A. vel A. poss. Matth. Coll. Inst. 2. D. 4. th. 22. Zœf. n. 61. b. t. Wissenb. th. 16. eod. Hahn. ad Wes. tit. pro donat. DISS. Cujac. in parat. Cod. de præscr. Long. temp. NON OBST. L. 9. §. ult. de donat. (c.) §. 7. Inst. h. t. L. 13. §. 4. de acquir. poss. L. 43. §. 1. b. t. Hahn. ad Wesenb. tit. pro hered. Struv. th. 18. Exerc. 43. Schneid. ad Inst. n. 55. b. t. vid. Bachov. Zœf. Wissenb. & Hahn. all. locis.

XIV.

XIV.

Per alium nos usucapere posse, non dubitatur (a), cum possessio per alium acquiri, & nostro nomine retineri possit (b). Civilis enim Possessio tantum, ad usucapionem sufficit (c), quamvis naturalis tantum nihil operetur (d). Unde usufructuarius & vasallus licet per mille annos possideant fundum feudalem (e), sive usufructuarium (f), proprietatem non praescribunt,

(a.) Zœf. ad ff. n. 45. b. t. Wesenb. n. 11. eod. (b.) L. 1. §. 5. 9. & 20. ff. de Acq. poss. L. 1. L. 8. C. eod. §. 4. Inst. per quas pers. cuiq. acq. Bachov. ad eundem §. 4. n. 3. Schneid. ad I. n. 56. de usucap. (c.) L. 1. §. 14. L. 3. §. 5. & 6. ff. de Acq. poss. L. 46. eod. Hahn. ad Wesenb. n. 11. b. t. Zœf. ad ff. n. 45. eod. (d.) L. 15. §. 1. v. Sed & qui. ff. qui satisd. cog. Schneid. n. 58. & 59. all. loc. Gothofr. ad L. 10. §. 5. l. u. de A. R. D. (e.) Magnif. Dn. Stryk. Ex. jur. Feud. c. 11. quest. 18. Struv. Synt. jur. Feud. Cap. 15. th. 3. n. 5. Gail. 2. obs. 60. n. 4. DISS. quodamm. Reiger. ad Myns. 4. obs. 28. (f.) L. 12. pr. de acq. poss. L. 10. §. 5. de A. R. D. Schneid. all. n. 59. NON OBST. L. 15. §. 1. qui Satisd. Cog. v. eum verò.

XV.

Ad praescriptionem rei immobilis tum tantum viginti annos requiri, putamus, cum is, contra quem praescribitur, continuis viginti annis fuerit absens: Si verò quibusdam annis fuerit praesens, quibusdam verò absens, adjici ei debere tantum tot annos supra decennium, quotannis ex decennio fuerit absens (a).

(a.) Nov. 119. c. 8. auth. quod si quis, C. de praescr. Longi temp. Magnif. Dn. Stryk. in not. ad pr. Inst. de usucap. Struv. Ex. 43. th. 7. Schneidew. de spec. praescr. n. 6. ibiq. Gothofr. l. D.

XVI.

Actiones, accusationes, ut & inquisitiones ex officio iudicis, Criminales, Spacio 20 annorum per præscriptionem tolluntur (a).

(a.) L. 12. C. ad L. Corn. de Fals. Bachov. & Treutl. vol. 2. D 31. tb. 8. lit. E. Zæf. ad ff. n. 52. de usucap. Wesenb. n. 16. de accus. & inscr. Shneidew. de specieb. præscr. n. 44. & seqq. NON OBST. L. 13. ad SC. silan. l. ult. ad L. pomp. de parr. L. 19. §. 1. ad L. Corn. de Fals.

XVII.

Donationem, quæ juris civilis est (a), in genere sic rectè definiri posse, putamus, ut sit actus, quò donum, in alterum ex liberalitate confertur (b).

(a.) Pr. Inst. de donat. & §. ult. de usu & hab. Hahn. ad Wes. n. 2. de donat. Franzk. ad pr. Inst. n. 1. de donat. Wissenb. ad ff. tb. 2. eod. Struv. tb. 1. eod. Matth. Coll. ad ff. D. 43. tb. 3. NON OBST. §. 40. & 11. Inst. de R. D. DISS. Bachov. ad §. 1. Inst. de donat. n. 1. & 3. (b.) L. 19. ff. de V. S. Franzk. all. loc. n. 10. & seqq. Hahn. ad Wes. all. loc. Struv. Exerc. 40. tb. 2. DISS. Bachov. ad Treutl. vol. 2. D. 19. tb. 1. l. C.

XVIII.

Mortis causâ donatio legati ferè adæqvata est; is itaq;, qui testamentum facere, etiam mortis causâ donare, & cui legari, ei etiam mortis causâ donari (a) potest. Quinq; etiam testes adhibeantur, necesse est (b); cæteræ autem solemnitates, quæ in legatis propter testamentum requiruntur, hîc locum non habent (c), cûm mortis causâ donationes etiam ab eo, qui intestatus decedit, fieri possint (d).

XIX.

(a.) §. 1. l. d. donat. L. 15. L. 17. ff. de mort. Caus. donat. L. 9.
 & 36. eod. Bachov. ad §. 1. Inst. n. 7. de donat. Wesenbec. in pa-
 ratitl. ff. n. 4. de Mort. Caus. donat. Struv. Exerc. 40. tb. 22. (b.)
 l. ult. C. de donat. Mort. Caus. Wissenb. ad ff. vol. 2. D. 16. tb. 17.
 Struv. all. loc. tb. 21. & 25. Bachov. all. loc. n. 7. Hahn. & Wesen-
 bec. all. loc. n. 6. (c.) l. 20. §. 1. de legat. prast. l. 5 §. 17. de his que
 ut indign. Struv. tb. 23. all. loc. (d.) L. 25. pr. ff. de Mort. Caus.
 donat.

XIX.

Hinc Filius familiars de peculio profectitio &
 adventitio, patre permittente, rectè mortis causâ
 donat (a), & de adventitio, cùjus plenam habet
 proprietatem etiam, patre dissentiente (b).

(a.) L. 25. §. 1. h. t. l. 7. §. 4. & 6. de donat. Hahn. & We-
 senb. in paratitl. ff. n. 4. de Mort. caus. donat. NON OBST. L.
 39. de Obl. & act. (b.) arg. Nov. 117. c. 1. §. 1. Wissenb. all. loc. tb.
 17. Perez. ad Cod. n. 15. de donat. Mort. Caus. Hahn. ad Wesenb.
 n. 4. eod. Fachin. 5. contr. 25. Struv. all. tb. 23. NON OBST.
 L. 7. §. fin. ff. de donat. l. 1. §. 1. de tut. & rat. distr. l. 25. §. 1. h. t.
 DISS. Zœf. ad ff. n. 13. eod. Covarr. de test. p. 3. rub. n. 8. & 10.

XX.

Sicuti rei mortis causâ donatæ & nondum
 traditæ dominium ipso jure post mortem donato-
 ris in donatarium transit ita, ut rei vindicatio ipsi
 statim competat (a); ita etiam eadem hæc dona-
 tio eo ipso, quòd donator ex morbo evasit, ipso
 jure revocata censetur (b), nisi donatio in quemvis
 mortis eventum facta fuerit; sic enim expresse re-
 vocanda (c).

(a.) L. 1. §. fin. l. 2. ff. de publ. in rem. action. §. 2. Inst. legat.
 L. fin. C. de Mort. Caus. donat. Struv. Ex. 40. tb. 27. DISS. Faber
 Dec. 44. n. 9. (b.) §. 1. J. h. t. L. 29. pr. eod. Zœf. n. 8. de donat. M. C.

Hahn. *ad Wes.* n. 7. eod. Schneid. *ad §. 1. Inst.* n. 21. b. t. Bachov. *ad Treutl.* V. 2. D. 19. tb. 9. L. F. DISS. Treutler. *ibid.* & Wesenb. *ad Schneid.* all. loc. (c.) *Arg. L.* 2. L. 25. §. 4. ff. *de Mort. C. D.* Zæf. n. 8. & Struv. *tb.* 28. eod.

XXI.

Sic facta donatio mortis causâ, ut nullo casu revocetur, donatio inter vivos est (a). Sicuti etiam absolutè donans, licèt in agone constitutus, mortis causa donare dici non potest. (b) Imo etiàm is qui mortis mentionem facit dilationis gratia, inter vivos donare videtur, (c)

(a.) *L.* 35. §. 2. *de Mort. C. D.* L. 27. eod. Zæf. *ad ff.* n. 11. *ibid.* Struv. *Exercit.* 40. *tb.* 26. Vinn. *Select. Quest. Lib.* 2. *Quest.* 34. Hahn. *ad Wesemb.* num. 2. & 6. Eod. *Fach.* 5. *Contr.* 23. Schneid. §. 1. n. 3. b. t. NON OBST. *L.* 35. §. 4. *L.* 13. §. 1. *de Mort. C. D.* Nov. 87. *pr.* & c. 1. (b.) *L.* 42. §. 1. *in fin.* b. t. Zæf. n. 2. eod. Hahn. & Struv. *all. loc.* *tb.* 25. NON OBST. *L.* 3. *cum seqq.* b. t. *L.* 4. §. 1. *de dol. mal. Exc.* DISS. Chassend. *ad Conf. Burg. Rubr.* 7 §. 5. n. 12. (c.) *L.* 42. §. *fin.* b. t. Magn. Dn. Stryk. *in Not. ad §. 1. de Donat.* L. 1. C. *ut act. ab Hered.* & *contr.* Hahn. *ad Wesemb.* all. n. 2.

XXII.

Donatio ultra quingentos solidos, non insinuata, duntaxat, quoad excessum, invalida est (a). Valet etiam donatio omnium bonorum tam præsentium, quàm futurorum (b), & si in officiosa fuerit, eatenus tantùm, quatenus fuit in officiosa, revocatur (c). Non tamen futura bona continentur, si simpliciter omnia bona donata fuerint (d), jura tamen comprehendendi, existimamus (e).

(a.) §. 2. *Inst.* b. t. *L.* 3. *L.* 34. *pr.* *L.* 36. §. 3. *C. de Donat. c. utile*

le. 37. de R. J. in. 6to. Vinn. ad §. 2. Inst. b. t. Bachov. §. 2. n. 3. eod. Magnif. Dn. Stryk. in not. ad §. 2. eod. DISS. Gratian. Disc. For. 351. n. 296. (b.) L. 35. §. 4. & 5. C. de don. l. 8. C. de revoc. don. Zœf. ad ff. n. 28. de don. Bachov. ad Treutl. v. 2. D. 19. th. 5 lit. D.. Hahn. ad Wesf. n. 5. de donat. Wissenb. ad ff. th. 11. vol. 2. Disp. 16. NON OBST. L. 16. §. 1. ff. de jur. patron. DISS. Carpz L. 5. Resp. 62. & 65. Fahin. 6. contr. 87 & DD. Communiter (c.) L. 2. §. 7. & 8. C. de inoffic. donat. Dn. Brunnem. quest. 37 in fin. de donat. Vinn. 2. sel. quest. 33. Zœf. ad ff. n. 76. all. loc. Struv. th. 14. eod. NON OBST. l. ult. C. de inoff. donat. l. 16. ff. de jur. patron. DISS. Faber. 3. Conj. 17. (d.) Matth. coll. ad ff. Disp. 23. th. 27. & 16. Hahn. ad Wesf. n. 5. b. t. Brunn. quest. 13. eod. Zœf. n. 29. eod. l. 7. ff. de aur. & arg. legat. arg. l. 5. ff. de separat. (e.) Struv. Exerc. 40. th. 9. Bachov. ad Treutl. v. 2. D. 19. th. 5 lit. C. NON OBST. l. 85. pr. de legat. 2. DISS. Treutler. all. loc. Hahn. ad Wesf. n. 5. de donat. Zœf. n. 29. eod.

XXIII.

Donatio non parvæ æstimationis, ob super-
venientiam liberorum, in praxi (a), & jure Cano-
nico (b), quidem revocatur: non verò idem jure
Civili obtinere, putamus (c). Licet. si donator ad
inopiam redactus sit, teneatur donatarius eum a-
lere (d), Quæ tamen alimenta ultra modum rei
donatæ extendenda non sunt; hæc vero si donata-
rius præstare negaverit, donatio revocari potest (e).

(a.) Noric. ad Inst. §. 2. de donat. Carpz. p. 2. c. 12. D. 32.
& c. 14. D. 29. Vinn. in Comm. §. 2. n. 7. b. t. Mynf. 5. O. 63.
Gail. 1. O. 40. n. 13. (b.) c. ult. XVII. quest. 4. Magnif. Dn. Hol-
term. de diff. jur. Civ. & Can. th. 61. Dn. Brunn. de jur. Eccles. l.
2. c. 15. §. 24. DISS. Vinn. all. loc. (c.) arg. l. 5. C. de O. & A.
Vinn. 2. select. quest. 32. Bachov. ad Treutl. all. loc. th. 7. lit. E.
Matth. Coll. 1. ad Inst. D. 7. th. 18. NON OBST. l. 8. C. de revoc.
donat. DISS. Franzk. ad Inst. §. 2. n. 7. b. t. Hahn. ad Wesf. n. 7.
eod.

30d. Brunn. *qvæst.* 37. eod. Wissenb. *ad ff. th. 14 eod. & DD.*
Communiter, inter quos Struv. Zœs. Treutler. & alii (d.) *Argum.*
l. 4. de agnosc. lib. 1. 8. ff. de decur. Struv. *Exerc. 40. th. 15.* Zœs.
n. 91. in fin. de donat. DISS. Wissenb. *th. 12. eod.* Brunnem. *qvæst*
40. eod. Matth. *Coll. ad ff. D. 43. th. 29 (e.)* Bachov. *ad Treutl.*
all. th. 7. L. D. Struv. *all. th. 15.* DISS. Zœs. *all. n. 91.*

XXIV.

Donatio inter vivos facta meretrici, ratione actûs Carnalis, tam firma est, ut revocationem nullo casu admittat (a); imò & meretrici actionem competere adversus eum, qui ob hanc causam ei quid promisit, statuit (b) Zœs. n. 8. ff. de *Condict. ob turp. Caus.* qui ibid. n. 9. vult, adulteram retinere posse, quod accepit pro adulterio, etiam in foro conscientiae.

(a.) L. 4. §. 3. de *Cond. ob Turp. Caus.* Zœs. n. 1. eod. & n. 15. & 21. ff. de *donat.* Struv. *Exerc. 18. th. 22.* NON OBST. L. 2. C. de *don. int. v. & u.* (b.) *arg. l. 5 de donat.* Matth. *Coll. ad ff. D. 43. th. 11.* Struv. *all. th. 22.* DISS. Hahn. *ad Wesenb. n. 2. de Condict. ob turp. Caus.*

XXV.

Sicuti donationes inter conjuges (a); non verò alii contractus, nisi fraus sublit (b), regulariter prohibita sunt, nisi fuerint mutuae sive reciprocae (c): ita etiam donatio patris in filium familiâs nulla est (d.), nisi morte patris fuerit confirmata (e.), vel si studiorum gratia pater filio quicquam donaverit (f.), Jure Canonico tamen quævis donatio juramento firmata subsistit (g.).

(a.) L. 1. 2. 3. ff. de *donat. int. vir. & ux. c. ult. X. eod.* Wiff
vol. 1

vol. 1. Disp. ad ff. 47. th. 1. Bachov. ad Treutl. v. 2. D. 19. th. 4. l. c.
Gail. 2. O. 40. n. 1. Zœl. ad ff. n. 18. de donat. NON OBST. L. 1.
§. 1. ad. L. 1. repetund l. pen. C. de don. int. vir. & ux. (b.) L. 7.
§. 6. & 7. l. 36. §. fin. l. 32. §. 24. ff. de D. int. v. & u. Struv. th. 23.
& 25. Ex. 30. Will. th. 17. all. loc. (c.) L. 32. §. 14. in fin. l. 7. §. 2.
de don. int vir & ux. Brunn. quest. 11. eod. Gail. all. loc. n. 7. Mynf.
2. O. 33. n. 6. Fachin. 3. Contr. 80. NON OBST. L. 48. de D. int.
v. & u. DISS. Will. th. 8. all. loc. Duaren. ad ff. eod. (d.) L. 11.
C. de donat. l. 25. C. de D. int. v. & u. Gail. 2. O. 38. Hahn. ad Wesf.
n. 4. de donat. Struv. th. 7. eod. (e.) L. 25. C. de D. int. v. & u. N.
162 c. 1. in fin. Wesenb. n. 6. de donat. Wissenb. th. 4. eod. NON
OBST. L. 1. §. 1. pro donat (f.) L. 3. §. sed si in Castra. ff. de D. int.
v. & u. junct. l. advocati C. de adv. div. judic. Fachin. 3. Contr. 79.
(g.) Cap. cum contingat. X. de jur. jur. Hahn. ad Wesf. n. 4. all. loc.
Mynf. 2. O. 33. Gail. 2. O. 38. n. 7. Zœl. ad ff. n. 19. de D. Int. v. &
ux. Struv. Ex. 30. th. 29.

XXVI.

Siquis dederit virgini, amasiæ suæ, donum
 aliquod in spem futuri matrimonii, eo non se-
 cuto, ob causam, quòd ipsa virgo, vel ejus paren-
 tes impedimento fuerint, illud, quod datum est,
 rectè repetit, nisi eam fuerit osculatus, quo calu di-
 midium dati apud virginem remanebit (a.).

(a.) L. 15. & 16. C. de donat. ant. nupt. Matth. Coll. ad Inst.
 1. D. 7. th. 19. Dn Brunnem. ad all. l. 16. C. Bachov. ad §. 3. Inst.
 n. 2. de donat. Zœl. n. 37. & 38. ff. de jur. dot.

XXVII.

Maritus est dominus dotis (a.); prædium
 tamen in dotem datum, etiam juramento in alie-
 natione consentiente uxore, alienare non potest
 (b.), Aliud in re mobili (c.), & prædio ea ratione
 æstimato (d.). Contra creditor, non dominus, in-

C

vito

vito debitore rem oppignoratam alienare potest (e.), ita etiam, ut conventionem potestatem alienandi sibi impedire non possit; pactum enim hoc, esset contra substantiam pignoris (f.).

(a.) *pr. l. quib. A. lic. vel non l. 13. §. 2. de fund. dotal.* Vinn. *in Comm. ad pr. Inst. h. t.* Bachov. *S. 1. n. 4. Inst. eod.* Schneid. *ad pr. n. 3. eod.* NON OBST. *§. 40. Inst. de R. D. l. 5. §. fin. ff. commod.* (b.) *l. 4. §. t. t. de fund. dotal. junct. l. 5. C. de LL.* Noric, *in not. ad pr. Inst. h. t.* Struv. *Ex. 30. th. 20.* (c.) *L. 3. C. de jur. dot. l. 42. ff. de jur. dot. auth. sive à me. C. ad S. C. vellej.* Bachov. *ad Treutl. v. 2. D. 7. th. 9. C. §. Inst. §. 1. n. 3. h. t.* Schneid. *n. 10. eod.* (d.) *L. 10. §. 4. §. seqq. de jur. dot. l. 5. l. 10. C. eod.* Vinn. *ad pr. Inst. n. 1. h. t.* Struv. *Ex. 30. th. 4.* Franzk. *ad pr. Inst. n. 5. §. seqq. h. t.* (e.) *§. 1. Inst. h. t. L. 12. in pr. ff. de Distr. pign.* (f.) *L. 4. in fin. ff. de pign. action.* Franzk. *all. loc. ad §. 1. n. 1, 3, 5. §. 6. Schneidew. §. 1. n. 3. eod.*

XXVIII.

Non tantum pupillus alienare, & mutuo dare prohibetur (a.): sed etiam adultus habens curatorem, res suas sine ejus autoritate, alienare nequit (b.). Imò etiam vasallus sine consensu domini alienare & obligare feudum prohibetur (c.)

(a.) *§. 2. Inst. h. t. l. 2. §. 2. de reb. credit.* Vinn. *in Comm. ad §. 2. Inst. h. t. n. 1.* Schneidew. *n. 1. §. 2. eod.* (b.) *L. 3. C. de in integr. restit. min. l. 22. C. de administr. tutor.* Vinn. *all. loc. in pr. ad §. 2.* & Schneid. *all. loc. n. 9.* (c.) *2. Feud. 52. §. 55. Magnif. Dn. Stryk. Exam. jur. Feud. quest. 2. c. 19. Struv. Synt. jur. Feud. C. 13. th. 2. §. 7. Schneidew. n. 12. all. loc.*

XXIX.

Quicquid liberi acquirunt, patri acquirunt, sive masculi sint, sive foeminae (a.), sive matrimonio juncti, sive non (b.), modo tamen ex re patris acqvi-

acqvisitum fit (c.); quod præsumitur, si pater sit
dives & filius minùs industrius & ineptis deditus,
(d.): filia tamen maritata si bona quædam habeat,
præsumitur acqvisivisse ex bonis mariti, ut tollatur
suspicio turpis quæstus & Adulterii, (e.)

(a.) §. 1. *Inst. per quas pers. cuiq; acquir.* (b.) l. 22. §. pen.
sol. matr. l. 6. §. 2. l. 14. §. 2. *ad l. jul. de adult.* §. 9. *Inst. quib. mod.*
jus patr. pol. solv. Schneid. n. 5. *Inst. per quas pers. cuiq; acquir.*
Struv. *Ex. 3. tb. 68.* (c.) §. 1. *Inst. h. t.* Bachov. *ad §. 1. eod. n. 5.*
(d.) Schneid. n. 20. *all. loc. ibique alleg.* (e.) L. 51. ff. *de donat.*
int. vir. & ux. l. 6. C. eod. Schneid. *all. n. 20.*

XXX.

Servus domino etiam invito acqvirat (a.);
non tamen ex ultimis voluntatibus sibi obvenien-
tia (b.). Idem hodie dicendum puto de institori-
bus, qui vulgò factores appellantur, quòd & do-
minus ex eorum contractibus etiam invitus ac-
qvirat & obligetur (c.).

(a.) §. 3. *Inst. h. t. l. 32. de acquir. rer. dom.* Franzk. *ad §. 4.*
n. 4. *Inst. h. t.* Bachov. *ad §. 4. n. 1. eod.* NON OBST. l. 69. *de*
R. I. l. 19. §. 2. de donat. (b.) l. 10. §. 1. ff. *de A. R. D.* §. 3. *Inst. h. t.*
Bachov. n. 2. *all. loc.* Franzk. *all. loc.* Schneid. *ad §. 3. Inst. eod.*
(c.) l. 1. C. *de acq. poss. l. 1. ff. de Instit. action.* §. 1. & 2. *Inst. quod*
cum eo qui in alien. potest. Schneid. *ad §. 5. n. 3. h. t.*

SIT SOLI SUMMO GLORIA SUMMA DEO.

MANTISSA.

I.

Pontifices Romani, in possessione Italiae,
neque titulo donationis, neque præscriptionis tuti
esse possunt.

C 2

II.

II. Jurisdictio & superioritas territorialis in terra oriali tempore acquiri potest, non tantum inter unius imperii Cives, sed & inter ipsos quoque populos liberos. *Vid. Grot.*

III. Rectè Nobilibus in plerisque locis competit jus Braxandi; quod tamen non utendo per longis. tempus, non amittunt.

IV. Dotem dare tenetur pater filiae etiam diviti & emancipatae.

V. Uxor etiam constante Matrimonio dotem à marito repetere potest.

VI. Non dantur in jure Casus pro amico.

VII. Absurdum & opprobriosum esse clericis, inquit Imperator, si se peritos velint ostendere rerum secularium; Quare ipsis, commune quid cum publicis negotiis vel ad curiam pertinentibus habere, vetat *L. 41. C. de Episc. & Cleric.*

VIII. Liberi vivente patre quoddammodo domini existimantur rerum paternarum; Quod igitur ipsorum est, ipsis invito auferri nequit.

IX. Perjurus ipso jure est infamis, etiamsi sententia non sit notatus.

X. Sumptus in liberorum studia & peregrinationes utiliter impensi in divisione hereditatis non veniunt in Collationem, licet pater in peculiari libello eos consignaverit.

XI. Quaestio de lana caprina non est nullius momenti, sed non magni momenti; nam lanam legatam etiam caprina venit.

XII. Castratus prohibetur matrimonio jungi; sed quid de virgine castrata dicendum? & eandem prohibitionis subesse.

esse causam puto. Virgines enim in Lydia castrari, testis est
Alciat in l. Spadonum. de V.S.

XIII. Sutor puero discenti ingenuo filiofam. parum bene facienti formam calcei tam vehementer cervicem percutiens, ut ei oculus effundatur, tenetur L. Aquiliam, l. 5. §. ult ad l. Aquil.

XIV. Studiosus ex Cubiculo suo quid deiiciens, vel effundens, & ita praterenti nocens, non tenetur actione de dejectis; sed ejus hospes.

XV. Qui clavi aut cucumam alicui Mortem intulit, non tenetur L. Cornel: Ordinariam poenam l. 1. §. 4. ad L. C. de sic.

XVI. Studiosus amore ductus erga virginem eidem palam subito infligit osculum. Queritur an teneatur injuriarum? & Negatur.

XVII. Spontanea Confessio in Criminalibus non semper est sufficiens ad condemnandum; Ejus etiam, qui in agone constitutus, verbis non creditur, nisi & simul probet.

XVIII. Privato quandoque quid licet, quod non licet Magistratui.

XIX. Non ineptem quidam Fiscum lieni comparat, quo crescente caetera membra tabescunt.

XX. Male & sine ratione Pontifex abominatur & damnat venatores eorumque benefactores, in c. 8. & seqq. Dist. 86.

XXI. Sicuti in Corpore Canonico multi dantur Canones sibi contrarii, ita etiam Canonum quorundam ineptae & rediculae rationes *Ex. Grat.*

XXII. Nuptiae prohibentur usque ad quartum gradum, quia quatuor sunt humores in Corpore, c. non debet X. de Consang. & affin.

XXIII. Qui propria auctoritate de sua Ecclesia tran-
sit

fit in aliam, carebit utrâq; quia quos Deus conjunxit homo ne separet, c. 3. X. de Transl. Episc. Videatur etiam c. 12. c. 32. quest. 2. c. 1. de frigid. & Malefic.

XXIV. Meretricem è lupanari in uxorem ducens, id quod agit proficiet ipsi in remissionem peccatorum, Sec. c. 20. X. de sponsal.

XXV. Virgo, ad quam frequenter tam de nocte quàm de die accedunt scholares, censetur meretrix, non enim scholaris sicut sacerdos præsumitur ei dicere Pater noster.

XXVI. Homo naturâ est animal politicum. Falsissimè tamen quidam politicum definit, animal ita serviens Deo, ut non offendat Diabolum.

XXVII. Quidam taxillos luforios pillulis medicis rectè comparat nam sicut hæ stomachum, ita illi oculos purgant & evacuant.

XXVIII. Vocabulum *Schuffi*/ quod nobiles hodie sibi contumeliosum putant, origine usûq; antiquo non contumeliosus sed honestus est titulus.

XXIX. Sicuti miserrima est vita, quæ caret inimico: ita magna fortuna, magna est servitus.

XXX. Nullarum ferè mulierum pretiosior est cultus, quàm quarum pudor vilis est.



*I qua suis solita est affestrix alma Tonantis
Præmia de largo fundere grata sinu,
Hæc usu, MOTSFELDE, capis, Tibi stabit in
ædum*

Gloria, clara rogo fama superstes erit.

Nobilissimo Dn. Autori, Convictori suo
conjunctissimo hoc officium l. m. q. properabat

FRIDER. WILHELMUS, Lib. Baro de Canitz,
Certus

Certus honoratam victor rediturus arenam
MOTZFELDI (Themis en! annuit omen)
inis.

Ad solidam via strata patet non altera laudem,
Jus acquirendi nominis una dabit.

Ignavo serpent' ingloria pectora gressu
Mersaque se condant pulvere tota suo.

Non tentata gradu vulgi petit ardua Virtus,
Enthea mens facili non amat ire via.

Gratulab. scrib.

SAMUEL STRYKIUS, D.

Consil. Elect. & Facult. Jur. Ord.

Quanta sit ingenii Tibi vis, & copia rerum,
Astræia redolent quæ pura Sacraria, præsens
Hora stupet. Talis jam passim quippe probaris,
Ut calamus, tua voxq; pares mereantur Honores;
Nam quod Is hic posuit, simul hæc animosa tuetur:
Marcia Te genuit, florentem Marchia nutrit
Fœcundis epulis, addunt quæ talia menti
Robora, Pieridumq; choro. Quem Marchia tanto
Laudis habet Dignum studio, mox prona receptat
Marcia, Virtutem pulchris auctura brabæis.

Ita Disputationem meritumque Nobiliss. Dn. Re-
spondentis decus prosequitur, & de hocce
bene ominatur

PRÆSES.

Egregios plaudente Dice consurgis in ausus
MOTZFELDI Themidis corque Deusque tuæ
Prævia quò Patrum signant vestigia callem.
Ardentisque genî flammea virtus agit.

Clementi,

Clementi, sidus juvenum, te sidere Pallas
Prona videt, roseos datque videre dies.
Illa tibi mentem generoso coxit honesto,
Hac duce sidereum clarus inibis iter.
Sufficis augurio, foecundæ tessera mentis
Fecerit hæc cunctis pagina docta fidem.

Nobilissimo Dn. Auctori Amico & Convictori
suo Perdilecto l. inqve

TIDO HENRICUS à LITH,
Eloquentiæ Professor Ordin. & Civi-
tatis Francof. Consul.

TE cultam Themidos sobolem longæva Minerva
Ardet, & in gremio te fovet alma suo;
Marpurgum te laudat, amat doluitque recessum;
Fertur in encomium Leida superba tuum;
Nec Francofurti post hæc tua fama peribit,
Quam tibi pervigili sedulitate paras.
Perge igitur magni Patris non degener heres.
Hanc quam cepisti currere perge viam.

Nobilissimo nec non honoratissimo Dn. Patrueli suo
cum de modis acqvirendi Juris civilis unanimi omnium
applausu disputaret paucula hæc gratulandi animo inqve
non intermorituræ amicitix tesseram ea qua decet obser-
vantia offert

FRANCISCUS Motzfeldt!
Clivopolitanus.

ACqvifita tibi clarâ, MOTZFELDE, palæstrâ
Laurea non simplex, te Marpurgense Lyceum,
Te Batavus celebrat; veteri sed adorea laudi
En adlecta recens, digno Viadrina paravit
Hanc tibi grata Themis, te non moritura manebit
Gloria, te virtus cognatis inferet astris.

Nobilissimo atqve doctissimo Dn. Auctori Cognato suo
dilectissimo paucis hisce gratulari voluit debuit

LAMBERTUS LAMERS, LL. Studiosus.

Kc 3008


EX LIBRIS
ILLVSTRISSIMI VIRI,
DN. DAN. LVDOLPHI,
LIB. BAR. de DANCKELMANN,
S. REG. MAI. BORVSS. CONSILIARII
STATVS INTIMI, cetera,
BIBLIOTHECÆ ACAD. FRIDERICIANÆ
TESTAMENTO RELICTIS.

ULB Halle 3
006 374 700


1077
[Handwritten signature]







Q. D. T. O. M. B. V.
REPETITIONUM COLLEGII
AD INSTIT. JUR. IMPERIAL.
DISPUTATIO QUINTA
DE
MODIS ADQVIREN-
DI JURIS CIVILIS,
Ex Tit. VI. VII. VIII. & IX. Lib. II. Inst. J.
THESES XXX. Exhibens,

QVAM
AUCTORITATE AC PERMISSU
MAGNIFICI ICTORUM ORDINIS
IN ILLUSTRIS HAC UNIVERSITATE VIADRINA,
MODERATORE,
DN. MARCO RHODIO, J.U.D.
COD. JUSTIN. PROFESS. PUBL. ORDIN.
DOMINO PATRONO ac PROMOTORE SUO
ÆTATEM DEVENERANDO
Ad Diem IX. Octobr. Anni M. DC. LXXXIV.
Publico Eruditorum Examine submittit
JOHANNES *Mosfeldt* / Hamm. Marcan.
AUT. & RESP.
H. L. Q. C.

Francofurti ad Oderam, Typis JOH. COEPSELI, Acad. Typ.